

Aces five à πῶρ, pingue: aut πῶρ, fordes. Plinius fimum vocat humanas dapes, & urinam hominum potum. L. 17. c. 9.

Fimi ulus vulgaris in stercorendis agris. Indicat Virg. 1. Georg. Nec saturare fimo pingui pudeat sola, neve Effetas cinerem immundam jactare per agros. Heraclitus Philosophus hydropi laborans, totum se fimo bubulo feliciter perunxit. Laertius. Sunt qui humano fimo varia apertura emolliunt, & bubones pestilentiales ad maturitatem redigunt.

* Finis.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FINIS in sua generalitate est terminus alicujus, τέρμας Graecis, Jua. Scallger dedit à ποῖς, estque id quo aliquid circumscribitur; hinc ποῖς, circumscribo vel finio. Simplicius fortassis à fine finem ducemus, quod olim agrorum fines finibus dividerentur. Idem plura finis significat, juxta illum versiculum: Est Finis Patria, Mors, Consummatio, Meta. Apud Philosophos alia est illius consideratio, caute hoc loco utimur. Itaque Finis definitur à Philosophis Id cuius gratia cetera (nempe media quae ad illum obrinendum destinata sunt) sunt; estque non modo causa proprie dicta, sed omnium causarum prima, ut à quo cetera moventur ad operandum, aliarumque causarum in operando causalitates antecedit, imò & dignitate alias praecellit, quia in ordine movendum praecellit id quod movet.

DIVISIO, ET SPECIES VARIE.

Finis variè dividitur: alius est Finis cuius, estque id cuius obtinendi gratia aliquid fit: alius Finis cui, estque id in cuius gratiam fit aliquid.

Item finis alter est generationis, alter rei genitae. Ille est forma, quae per generationem inducitur, & à generate intenditur: Hic verò operatio, propter quam unumquodque intenditur. Ita Averroes de celo lib. 4. in com. 22.

Tertio. Quidam fines operationi praerexistunt, nec agentia in eorum tendunt affectionem; sed id sed dumtaxat operantur, ut eis conjungi & assimilari valeant. Sic Deus est finis non solum naturae intellectualis, quae ipso frui potest, sed totius naturae, quae suo modo similitudinem esse divini affectat. Alii fines sunt, qui agentis actioni non praerexistunt, sed ab eo efficiuntur, ut forma quae per generationem acquiritur. Vide Aristotel. lib. 2. Physic. cap. 2. text. 23.

Gregorius in 2. dist. 38. quast. unica art. 1. & Gabriel ibidem Finis aliam usurpationem insinuant, qua triariam volunt accipi: Communiter, proprie, & maxime proprie. Communiter pro quolibet appetitus objecto: Proprie pro illo cuius gratia aliquid est volitum: Magis proprie, dum sumitur pro illo, ad quod ita quidpiam dirigitur, ut ipsum ad alium non referatur. Et ita prima rerum omnium causa, id est, Deus appellatur finis, quia sicut ab ipso tanquam universali causa manantur omnia, ita ad ipsum velut ad finem ultimum omnia recurrunt. Hinc Poeta:

Vnde nil majus generatur ipso,

Nec habet quidquam simile, aut secundum.

Denique dividitur finis in Perfectum, & Imperfectum. Perfectus est, quo admoto, nullo amplius est opus. Imperfectus contra, quo assidente, nonnihil quo indigemus abest, lib. 1. mag. moral. cap. 2.

Poetiarum sententia est:

Exitus acta probat, caveat successibus opto,

Quisquis ab eventu facta notanda putet.

D Et Boetius de consolat. 2.

Reperunt proprios quoque recessus,

Redituque suo singula gaudent,

Nec manet ulli radians ordo,

Nisi quod fini junxerit ortum,

Stabilemque sui fecerit orbem.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA HISTORICA.

AGESILAUS Atheniensium Imperator, audiens quemdam depradicantem felicitatem Persarum Regis adhuc juvenis, respondit: Necdum vitæ finis adest: neque Persiam ea ætate infelix fuit, qui maturore infelix petite in Principio Trojana. Plutarch. in Apophtheg.

EPAMINONDAS rogatus, quem arbitraretur ducem strenuam, seipsum, an Chabriam, an Iphicratem? Respondit: id iudicatu esse perdifficile, donec vivimus. Idem ibidem.

Imperator Fredericus, percortanti, quid homini optimum

possit contingere, respondebat Bonus ex hac vita exitus. Verè, E — dici beatus

Ante obitum nemo, supraeque funera debet.

Ex Aen. Silv. lib. 4. Comm. in res Alphonf. L. Beyer. in Apoph. Chrift.

Erat dux Vitembergenfis supra modum animofus, & vehementior, quam æquitas aut ratio postulabant: hunc Fredericus qui supra, vir summa modestia, cohortabatur aliquando, temperatis & moderate ageret. Cum is monita negligeret, solius erat dicere Fredericus: Cujus finis bonus, ipsum est bonum; insinuas eam vehementiam (uti accidit) Duci aliquando nocturam.

Sic Crasum quoque vox iusti secunda Solonis,

Respicere ad longa iusti spatia ultima vite.

Ex Phil. Camer. 3. part. medit. Hist. Idem ibidem.

Reduci huc poterunt nonnulla ex loco de Intentione & Circumstantia.

Finitores.

Quere in loco de Geometria. Dicuntur namque Finitores, qui communiter Agrimensores, qui agros, sive agrorum fines metiuntur & dividunt.

Fiscus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FISCUS significat fœcum capax, ejusque genera varia enumerat Varro; sportas, sportulas, saccos, cumenas, scortas, manicas, maripia, bulgas. A fœdo fœcum deducunt quidam, quod fœciliter illi thesaurum nostrum fidamus. Melius à φύρα, vesica. Solent enim in animalium vesicis pecunie sibi sibi. Fiscus igitur, ut placet Aconio, est sporteum receptaculum pecunie reponendis accommodatum. Et quia pecunia publica, aut que ad Principem spectat, fœculentior est privata, hinc ærarium Principis communiter Fiscum dicimus. Quamvis alii inter hæc duo distinguant, ut Fiscum velint pecuniam Principis, & ærarium pecuniam publicam.

TRAJANUS Imp. Fiscum licentem nuncupare solebat, quod eo crescente reliqui artus tabescerent. Ita crescente Principis ærario, Populus emungitur.

FABRICIUS Romanus, Cinea Epirotarum Legato magnam auri vim offerente, accipere reculavit, dicens, se male imperare habentibus aurum, quam aurum ipse habere.

CONSTANS Imperator, teste Eutropio, dicere solebat, opes publicas à privatis pluribus melitis haberi, quam intrâ unum Principis claustrum reservari.

CUR INSTITUTUS, ET QUIBUS REBUS CONSTET, ET COMPARETUR.

Constitutum Ærarium est & Fiscus, quibus pecunie in utilitatem Reip. servarentur. Nomine Ærarii vetò intelligimus omnem locum, in quo reponitur cujuslibet generis pecunia, sive aurea, sive argentea, vel ærea: æris quoque appellatio ad omnes nummos, etiam aureos, pertinet, ut ait Vlpian. in l. etiam aureas 159. de verb. sign. P. Unde & generaliter dicimus æs alienum pro omni debito quo obstringitur, ut in lege Nepos 125. e. tit. cum simi. quia æs fuit prima materia nudis percutta nummi, ex lege, ut docet T. Holot. lib. 36. Synag. c. 2.

Romanum ærarium, vel Reip. constabat maxime tributis & vectigalibus, quæ, ut liquet ex Cic. pro lege Manilia, erant trium generum; ex mercibus exportatis, vel importatis, denique ex agris & pascuis: primum decimas sumptas ex prædiis, vectigalibus, complectitur; secundum portorium; postremum nomen fit scriptura. Sunt & cum his alii ordinarii redditus.

Ad Fiscum etiam spectare videntur extraordinarii redditus, unde & recentiores dicunt, confiscationes. Alii & ærarium Reip. sicut principis esse dicunt, puta non tam amplum ærarium: Fiscus enim minori capacitate distinguitur; item & in Fiscum mittuntur casuales redditus.

Videntur etiam distincta hæc, thesaurus, fiscus, patrimonium Principis. Sed & cetera, inquit Artaxerxes rex, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est, ut expendas, dabis de thesauro, & de fisco, & de me. 1. Esdr. 7.

Sed & ærarium & fiscus dicitur à Paulo Jurisconsul. in l. 4. §. Si quis autem de fideicom. libertate lib. 4. P. tit. 5. quamvis enim minima sint compendia in minore vale fisci, tamen & illud pertinet ad utilitatem Reipub. ut ærarium tributorum; unde & Augustinus, dicitur fiscus, id est, publicus lib. 36. basilic. tit. 2. de publico seu fisco, privilegis & actionibus ejus.

Rectissime Trajanus Fiscum, seu ærarium Reipub. licentem vocat.

A vocabat. Nam ut liene crescente, reliqui artus ac membra tabescent; ita fisco Principis surgente, civitatis corpus unâ cum membris languescit & intermoritur. Et ut liene modicus vegetat in corpore membra, & anget robur: sic fisco Principis moderatus nec exuberans, causa est bonæ valetudinis in corpore civitatis.

AROLLOUS Tyaneus dicebat, divitias non esse æstimandas, quas in occulto Principes retinet. Nam ille ab ære cumulo parum differunt; nec ea quæ ex collatione tributorum, ex gemis omnium proveniunt, æstum enim sordidumque æstimandum est aurum, quod ex lacrymis oritur, Philost. lib. 5. de vita Apol.

Flagella.

Quere DISCIPLINÆ.

Flagellantes.

Vide Tit. de Hereticis.

Flamines.

* QUI, ET UNDE DICIT.

FLAMINES erant sacerdotis, dicti quasi Filamines, a fœlo quo caput religabant, abjecto vitandi æris gratia piceo: ita Servius. Appellabantur autem Flamines à diis quibus sacra faceiebant. Ut Flamen Dialis, id est, Jovialis; ita Flamen Martialis à Marte, Quirinalis à Romulo, qui & Quirinus.

* Flandria, Flandri.

Vnde dicti & Regionis enonimium.

Flandria etymon varium est. Volunt quidam urbem hie fuisse hoc nomine, Alii à Flandria primi Comitibus ipsa accipiunt. His accedo, qui à Flatu & fluctibus desumunt, quod tota ea Provincia Oceanum habeat ad Occidentem, ejus imperu sæpe concussa fuit, sic ut anno 1340. in contractibus censuibus & prædialibus stipularunt, ut si intra annos x. mare in ea loca exsurgatur, cassus iritusque haberetur contractus. Tota regio est fertilissima, & temperata acris, sylvis & pascuis abundans. Unde & equorum, ac aliorum animalium pulli, pabuli bonitate, ex macilentis hic redduntur pinguis. Flumina habet Seldin, Teneran, Lizam, Niepan. A Clatere Oceanum habet, unde & mercionibus ac negotiationi admodum opportuna, ejus rei testes Brugæ, ubi olim Mercurii velut forum habitum. Habet etiam Insulas, Portus, & municipia opulenta 25. Urbes auras 30. Inter quas Gandavum ambitu suo intra muros septem miliaria Italica complectens, sive pedes Romanos 45640. natali Caroli V. Imp. nobile, & trium fluviorum intersecatione, ac ædificiorum splendore, generis quoque nobilitate, pleraque illustrioris Christiani orbis æquatur, sic ut orbem promptius eoque principis inter alios Christiani orbis: atque ab hac Provincia reliquis Belgis nomen Flandrorum apud externos adheret, tanquam à Provincia opulentiore & nobiliore. Porro de ipsius Flandria opulenta, situ, & populo bellicoso, sagaci, & ad res maximas gerendas habili, consulari historia Flandrica Mejerii. Protulit sane viros etiam nostro sæculo eruditos, qui literarum Reipublicam doctrinæ suæ monumentis insigniter adornant. Comitès Flandriae descripsit, & iconibus illustravit Cornelius Martini Zelandus. Ac novissimè Flandriam totam ex fide nuper vulgavit V. C. Jacobus Mercantius, in Brabantia superio Senatu Consultariis: ad quos curiosum Lectorem remittimus. Videatur etiam locus ex magistratu. Tit. Magistratus chronologica consideratus. Quibus omnibus adhibemus Franci poetæ de Flandria & Flandris elogium Philippiæribus suis adertum:

Flandria Martis patens, armis exercita crebris, Flandria gens opibus variis, & rebus abundans; Gens inter finis sibi meti damnosa ruinis, Parca cibis, sacris expensis, sobria potu, Veste nitens, membris proceris venusta decore, Splendida cesarie, vultu rubra, candida carne. Innumeris piscifera vadis, & flumine multo. Frumenta quam ditat arger, navalia merce, Lacte pecus, bubris argentum, piscibus equor Multis silva loci facit umbra, &c.

Nervus arripotens ubi bella frequentia gessit. FLANDRICUM IDIOMA, LINGUA, &c.

Non possimus non obiter hic meminisse, quod Joannes

Goropius, ex Hilverheka Campaniæ Brabantia oriundus vir æcri ingenio, sed judicio non æquè maturo, quod vires ingenii sui in tam inutile subiectum exerceret, alias ad magna & præclara indaganda natus, operosa industria contendit, scriptis super ea re libris satis grandibus, Linguam Flandricam primam mundi linguam, ad æque Hebræa vetustiorum fuisse: Ingenioso autem suo commento suffragator variaz vocum primarum interpretationes, quas ad certum sensum conatur adducere, & cum re significata conformare: v. g. vult Adm dicitur quasi Hardam, hoc est, agger invidiæ: Eva quasi Eu Vat, vas sacculi, &c. Verum cum Scriptura aliud ingerat illorum & aliorum suorum nominum etymon, & sensum, ac originem, non nisi Auctoris ingenium erit hic attendendum.

Stuporem adfert, ait Mercantius lib. 1. de script. Flandr. de legibus & lingua, quod Goropius recitat, sese ex Augerio Gilleno Boesberano equite Flandro audisse, illum, quam apud Turcarum Principem Constantinopoli esset Legatus, familiariter esse colloquutum cum Asiatico indigena, Evam accola, cui Flandricus sermo tam vernaculus erat, uti sevens, ellevem, tyvæque, pro nostro septenario, undecimo, & duodecimo, pronuntiat, scriberetque, ut omittam, Gaudens idiotismi vitium à Scripitoribus attribui Indici Mexicanæ quibusdam gentibus.

Mirabile interim, neque subscindendum arbitror, tot vernaculas Flandriae Belgique Germaniffantis (quod sub Flandria nomine exteris innotescit) voces, ex Græca lingue, si non fiphone, certè symphonica, neque aliunde esse: non enim de his agimus, quæ Flandris cum Latinis Gallicis Græciffantis sunt communes neque Coropii, Polyhistoris acutissimianes offendere volumus, eas voces ex lingua Cymbrica Teutonice in Græciam traducens. Illarum paucas totidem Graecis consonis (ope Junia) exprimeamus, ut curiosis doctique ingenii gratificemur: eo proclivis, quod linguarum origines ac similitudines, quæ populos conciliant invicem aut distinguunt, à logisthorici indagine non abhorreat: Graven, yæpær, sculpere: Gripen, yipær, unguibus involare: Kloren & Cloffen, naeben, globis ludere: Hæpzelus, Stiven, cæbær, durare: Streiten, cævær, gemere: Thranen, Splevær, lacrymari. Sunque talia sine numero. At hæc sufficient, fastidium paritura, & succumulentur: efficiuntque, ut facilius huic Ovidii versiculo assentiamur:

Græcæque cum Getico mixta loquela sono est.

Fletus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FLETUS dicitur, ut ait Varro, est lacrymarum cum animi dolore effusio, quamvis etiam plerique præ ingenti dolore lacrymas emittere soleant. Petrus dicit, Flere esse lacrymas effundere, idque ubertim; quasi fletus à Græco κλάω, estque solius hominis: nisi à βλω deducantur, quod est lacuratio. Differt fletus à ploratu, quod hic cum voce fiat: à Luctu verò, quod verbis fiat miserabilibus, & immutato habitu: à Mœnore, quod dolor cum silentio: ab Ululatu, quod is fit dolor cum clamore incondito.

QUI FLEVERINT.

IN GENERE.

DAVID Judæorum rex, vir sanè fuit optimus, & verum esse proverbium fecit, 27. psalm. 1. dicitur de David. Preter exempla varia, ipse de seipso inquit: Lavabo per singulas noctes lectum meum lacrymis. Ps. 136. Fuerunt mihi lacrymæ panes diei ac nocte. Potum nobis dabis in lacrymis in mensura. Potum meum cum fletu miscbam. Ps. 114. & 79. & 101. Deus, vitam meam annuntiavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Ps. 55. Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam auribus percipe, & ad lacrymas meas ne flectas. Et alibi. Ploratus coram Domino, qui fecit nos. Ps. 94.

DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS, agnus immaculatus, qui peccatum non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus, lacrymas ter fuisse dicitur, nrisse nunquam. Flevit Hierosolimam vallo inimicorum circumdandam, funditissime dirundam: id est, animam victorum septam multitudinem, diaboli prædam futuram. Flevit in monumento festentem Lazarum, hoc est peccatorem longa delinquendi assuetudine mortuum, & icelerum putredine corruptum, de quo dicitur: Compulerunt jumenta in stercore suo. Et flevit ergo nobis exemplum reliquit, & cur fletu debeamus, simul monstravit: Flevit etiam in cruce, quando seipsum pro mundi peccatis hostiam offerrebat, ut ait Paulus, preces cum lacrymis & clamore valido offerens. Hebr. 5. Moral. lib. 4. c. 1.

A MARIA Magdalena legitur ter flevisse. Primò, pro peccatis suis ad pedes Domini: secundò, pro morte fratris: tertio, pro passione Domini. *Joan. 11. & 20.*

S. PETRUS post negatum ter Dominum flevit amare; & id tota deinde vita fecisse traditur, quoties illius commissi recordabatur, sic ut præ lacrymis ubertim fluentibus, lippitudinem acquireret oculorum.

PAULUS apostolus cum valediceret fratribus: Vos scitis, inquit, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum humilitate & multis lacrymis. Per triennium nocte & die non cessavi cum multis lacrymis, monens unumquemque vestrum. *1. Cor. 10.* Cum lacrymis scribebat epistolas suas, ait enim: Nam ex multa tribulatione & angustia animi scripsi vobis per multas lacrymas. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis: nunc autem & fletus dico. *Philip. 3.*

D. MARTINUS lacrymis ita abundabat, ut pro detractotum quoque suorum peccatis flere soleret. *D. Bern. in festo ejus.*

AMURATES III. Imp. Turc. cum in ipsis imperii auspiciis quatuor jam fratres ejus laqueo necati essent, & Solymani minimi cervicibus & jugulo nervus adhiberetur, incertum an tenerioris in hunc amoris causa motus, an conscientia patratæ crudelitatis in omnes, illacrymasse perhibetur. *Hier. Hennings in Geneal. Imp. T. 112.*

CURPUTA

Ex Gaudio.

JACOB in Mesopotamiam profectus, obviam habens Rachel consobrinam suam, præ gaudio flevit. *Genes. 29.*

ESAU collum Jacob fratris ex Mesopotamia redeuntis complexus, & osculans eum, flevit. *Genes. 33.*

JOSEPH fratribus suis sese post multas ambages agnoscendum præbens, cum flenti in hæc verba prorupit: Ego sum Joseph. Irrens inde in collum Benjamin fratris, flevit, & osculatus, ploravit super singulos fratres. Idem cum ascendisset obviam patri, flevit, & super patre mortuo iterum flevit. *Genes. 45. 46. & 50.*

SAUL rex audiens vocem Davidis, qui pepercerat ei, elevata voce flevit. *1. Reg. 24.*

RAGUEL cognoscens Tobiam juniorem, cum lacrymis osculatus est eum; ploravit super collum ejus. *Tob. 7.*

TOBIAS cæcus exurgens, occurrit filio suo redeunti, & suscipiens osculatus est eum uxore sua, & cæperunt flere cum gaudio magno. *Tob. 11.*

Veniens Gabelad domum Raguelis, videns Tobiam juniorem discumbentem, flevit, & benedixit ei. *Tob. 9.*

Cum reardificaret templum à Judæis qui redierunt de Babylone, non poterat quilibet agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. *1. Esdr. 3.*

ÆSON reverso è Chironis Centauri schola Jafone filio, apud quem per 20. annos fuerat, lacrymans eum excepit, apud *Pindarum Ode 4. Pythiorum:*

Εξ δ' ἔρ' αὐτῷ παυρολύχῳ
Δαυμα ἠμαρτὸν βραδύων
Αὐτὸς ἄνδρ' ἔτι
Τέθνηκεν, ἔκαρτον
Ἴσον ἰδὼν κἀδίδρον ἀδελφῶν.

Ex illius instar bullarum destillabant lacrymæ senio confectis palpebris: quoniam ex animo gavissus est impensè, pulcherrima longè mortalium conspecta prole.

PROTELEMÆUS PHILADELPHUS missos ad se 72. interpretes cum sacris Bibliis honorificentissimè excepit, & lacrymis etiam obortis suum gaudium testatus est. *Joseph. l. 12. c. 2. Ant.*

M. MINUTIO Magistro equitum ex hostium vi erepto opera Q. Fabii Max. Dictatoris, in lætiam rota castra effusa sunt, ut præ gaudio Militibus omnibus lacrymæ manarent. *Plutarchus in Fabio.*

M. CATO minor Trib. milit. creatus, & in Macedoniam ad Rubrium prætorem missus, ita se accommodavit militibus, ut gloriam & benevolentiam & eximium honorem studiumque Militum affectus sit: adeo ut expleta milita, non votis eum, neque præconiis, sed lacrymis complexibusque profectus sint, subterfentes in via, quæ pergebat, vestes, manulque ejus deosculantes. *Plutarchus in ejus vita.*

Ob Peccata.

Efficacissima peccatorum remedia sunt lacrymæ, quæ sunt velut natatoria Siloe, ubi oculi animarum abluuntur. Sunt mare fusile, & luctus quæ in templo constituit Rex Salomon. *3. Reg. 9.*

Israëlita omnes peccatum suum desentes, loco nomen dederunt, ut Bochos diceretur. *Ind. cap. 22.*

Cum audisset Josias rex Juda comminationes in transgressores legis scriptas in libro legis Domini, scidit vestimenta sua, & flevit. *4. Reg. 22.*

Cum audisset Nehemias miserabilem statum Hierosolymorum, flevit diebus multis, jejunavit, & oravit ante faciem Dei cæli. *Nehem. 1.*

Orante Esdra, & fiente, propter commixtionem populi Gentilis cum Judæis, collectus est ad eum cæteris grandis virorum & mulierum: & flevit populus multo fletu. *1. Esdr. 20.*

Judæi ex captivitate Babylonica reversi, cum librum legis ab Esdra sacerdote lectum audivissent, ob transgressiones suas plorabant. At Levitæ eos monuerunt, ne plorarent, cum festus is dies Domino esset; sed laudè epularentur, & lætiam agerent. *2. Esdr. 8.*

Post negationem tertiam cum Gallus cecinisset, & Christus misericordiam oculis Petrum aspexisset, egressus foras, flevit amarè. *Luc. 22.*

Bassianus Imp. apud Ælium Spartianum lacrymabatur, quoties aut mentio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem occiderat. *Erasm. in Adagio.*

SERAPION Eremita, errore Anthropomorphitarum infectus, cum aliquando Photium diaconum de imagine illa Dei & similitudine, ad quam *Genes. 1.* homo conditus scribitur, disputantem audivisset, reliquit suam de corporali Dei forma opinionem phantasticam. Verùm cum paulò post in gratiarum actionem exsurrexisset, sensit inter precandum ex corde suo elabi atque evanescere eam, quam oraturus Anthropomorphi imaginem sibi proponere consueverat. Constatentem igitur mente, prorupit in amarissimos fletus: insuper & humi proci dens, hanc maximo ejulatù lamentabilem edidit vocem: Heu me miserum! tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, vel quem adorem aut interpelem jam nescio. *Cassianus cap. 3. collat. 10.*

Consule hiet. de Lacrymis, & Penitentia.

Ob Oblivionem.

Scotia insule accola fuit Joannes Suiffet, cognomento Calculator: in ejus solius unius argumenti solutione, quod contra experimentum est de actione mutua, tota laboravit posteritas: quem senem admodum, nec inventa sita dum legeret intelligentem, flevisse referunt. *Cardan. de Sub. l. de G. Scien.*

Ob Senium.

Apud Ovidium lib. 15. *Metamorph.*

— fletque Mulo senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidam more ferarum
Herculeis similes, stuidos pendere lacertos.

Flet quoque, ut in speculo rugas adspexit amiles
TYNDARIS, & secum, cur sit bis rapta, requirit.

Ob mortem suorum.

Scissis vestibus Jacob indutus est cilicio, lugens filium suum Joseph, reverè autem à fratribus venditum, quasi à feta laceratum. *Genes. 37.*

DAVID rex, Abner à Joab perfidè interfecto, funus illius comitatus, magnum coram omni populo ploratum edidit. *2. Reg. 3.* Interfecto Amnon filio ab Abialon, propter constipratam Thamar, cum suis omnibus ingentem fletum edidit, filiumque suum Amnon quotidie deploravit. *2. Reg. 13.* Cum Abialon in conflictu cæsum cognovisset, tanto luctu correptus est, ut exercitus in urbem sursum intrare, non triumphans, sed fugientis specie cogeretur. *2. Reg. 18.*

Assyrii principes ingentem fletum & clamorem ediderunt, & vestimenta sua disicerunt, quando Holofernis truncum sine capite in lecto repererunt. *Ind. lib. 14.*

Cum venisset Petrus Joppen, circumferebant eum omnes Viduæ fientes, & ostendentes ei tunicas & velles, quas faciebat illis Dorcas. Quarum precibus motus, vitæ eam restituit. *Act. 9.*

Atheniæ ræ Telemachus, idest, canere cantionem Telamonis, de querulo sermone dictum proverbium, quòd Telamon impotentius flevit, Ajacem filium peritisse apud Trojam. *Erasmus in Adagio.*

PERICLES filio Paralò mortuo coronam imponens, quod reliqua vita nunquam fecerat, erupit in ejularum, & magnam vim profudit lacrymarum. *Plut. in Pericle.*

DARTUS victus ab Alexandro Magno ad Gaugamela, in Parthienem intendens, à Besso Bactriana præfecto captus, auriculisque compediis vincitur: adventante autem Alexandro, cum fugere noller, sed Alexandri fidem imploraret, jaculis ab ipso conficitur. Per Polyrcatem Macedonem hujus rei Ale-

xar-

A xandet factus certior, ad eam videndam accurrens, lacrymis temperare nequivit, demptaque sibi chlamyde, jacens corpus contexit, regioque moro funeravit. *Sab. lib. 6. Enn. 4.*

D. AUGUSTINUS, mortua matre Monica, cohiebat juvenill robore lacrymas, ut neque in ipso funere ullum signum doloris ederet, neque ante funus; sed cum amicis conferebat de rebus necessariis, magnum interm sub peccore dolorem premens. Post funus item in balneum ivit. Post somnum, cum magna ex parte dolorem mitigatum cognovisset, paulatim matris vitam examinans, in lacrymas erupit uberimas. Testis ipsemet lib. 9. *Confess. cap. 12.*

Uni Curiatorum deponata fuerat Horationum foror. Hæc postquam sponfi spolia in victore fratre conspexit, ab eodem fratre, quoniam flevit, occisa est. *Idem lib. 3. Civit. Dei cap. 14.*

NUMERIANUS, qui conies patri Caro Imper. bello Persico fuit, nimio fletu ob paternam necem sibi oculos corrupit. *Cassianus A. D.*

Ob mortem brutorum.

B ULYSSES mortuo cani ilacrymans est: sed uxori affidens ploranti, fuit ab eo mortuorum. Huc enim contulerat se consilio, frenata, quam ante represserat, agritudine: in illum incautus atque repenti nec opinans incidit. *Plut. de Tranquil. animi.*

PAULUS ÆMILIUS domum ex foro reversus, filiolamque reperiens Tertiam lacrymantem, causam requisivit. Que cum diceret: Perseus nobis mortuus est (catellus fuit ita dictus.) Quod felix faultumque sit, inquit, filia accipio omen. *Plut. in Apophthegm.*

Q. Hortensius murenam, quam in deliciis habebat, mortuam flevit.

Ob nuncium triste.

Flevit Ezechias rex, audito mortis nuncio sibi per Esajam prophetam oblato, fletu magno. *4. Reg. 20.*

Ob defecionem.

DAVID rex audiens Abialon F. Hebrone contra se conspirasse, cum suis omnibus Hierosolymis nudis pedibus excessit, plorans, & cinere caput conspergens. *2. Reg. 15.*

Ob calamitatem, eladem suam, suorumve.

C Job de seipso inquit: Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem fletum: Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt. *Iob 38.*

DAVID rex exil, cum Siceleg Amaleicæ expugnasset, & duas uxores Davidis cum magna præda captivas abduxisset, reverus, tantum edidit ploratum, ut jam lacrymæ deficerent. *1. Reg. 20.*

HIEREMIAS Propheta, eversis à Nabuchodonosore Hierosolymis, ait: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? *Hierem. 9. Vide Threnos, ejus dem.*

Audiens Nehemias miserabilem statum civitatis Hierusallem, flevit diebus multis: tandem consilium adhibuit, & auxilium opportunum. *Nehem. 1. & 2.*

Hercules extremis malis oppressus, apud Euripidem in *Hercule furente, sic ait:*

Ἄρα πόντος δὴ μοῖον ἐδραμύλο,
ἔν τ' ἀπείτων ἰδὼν, ἄτ' ἀπ' ὀμμάτων
Ἐσαζα σπυγὰς. ἰδ' ἀπ' ὀφθαλμοῦ πρὸς
Εἰς τὸν ἰκέδω, δάκρυ ἀπ' ὀμμάτων βαλὼν,
Νῦν δ', ὡς εἴποι, τὴ τύχη δειδάτω.

Sed enim labores infinitos gustavi, quorum nihil omnino detrectavi, neque ab oculis stillavi fontes: neque credidiffem unquam eo venturum, lacrymas ab oculis ut ejicerem. Nunc autem, ut apparet, fortuna servandum est.

PHALANTO Spartano coloniam deducturo, Delphis oraculum reddidit eum, cum sub Æthra pluviam animadvertisset, tunc le agri & urbis complot fore. Cum classem in Italian applicasset, vididissetque Barbaros, neque tamen vel urbe vel agro ullo potiri posset, oraculum è re nata interpretatus est, quasi impossibile esset, feracem celo (quam Æthram Græci vocant) pluere. Hunc uxor multis modis consolata, & ejus caput genibus aliquando sustentans, dum pediculus legit, lacrymas super viri caput largitis effudit. Tunc primum evolvute sunt oraculi ambages: Æthra enim uxori nomen fuerat. Ea itaque nocte, que diem illum infecuta est, Tarentum hostium urbem maritimam, maximam & opulentissimam cepit. *Pausanias in Phocicis.*

Capta à Cleomee Megalopoli, cum id Arato Sicyonio Achæorum pratori, qui cum Antigono rege Ægii consilium

L. B. T. theat. vii. Human. Tom. 111.

habebat, nunciatum esset, consensio suggestu faciem chlamyde integens diu flevit. Mirante autem concione, atque ut diceret, conclamante: Megalopolis, inquit, à Cleomee everta est. Tum conventus è vestigio dissipatus est, Achæis celebritate & mole antonitis calamitatis. *Plut. in Cleom.*

GILIMER Vandalorum rex à Belisario victus, in montem Papuam præruptissimum confugit. Ibi à Phara Belisarii duce obsessus, petiit ab eo, ut sibi citharam, & panem unum, ac spongiam mittere vellet. Dubitante Phara, quid sibi vellet: tabellarius ostendit, Gilimerem cupere panem videre, quòd nullum vididisset, ex quo Carthagine excidisset: spongia autem ad abstergendas ut lacrymas citharam requirere, ad decantandas suas miserias. Pharas omnia illa ei misit. *Procopius lib. 4. Vandalico, & Cedrenus.*

MAXIMILIANUS I. à Brugenibus, tributorum exactionem inique ferentibus, captus, & urgentibus Gandavenibus, qui primi seditionem moverant, de capite periclitatus, aut ne in manus Gallorum traderetur, in concione Brugenium lacrymas ante verba fudit, sic ut commiseratione regie fortunæ perique collactarentur, & sanctè pollicerentur, nihil se in illum gravius commissuros. *Cranz. lib. 13. cap. 9. Sax.*

Ob Servitium.

TRYZUS tyrannus adeo vexavit suos, ut legem etiam ferret, ut nemo cum altero neque privatim neque publice sermones miferet; postea etiam, ne oculorum manuumque gestibus & nutibus animi sensa mutò significaret. Quidam desolationem illam ægè molesteque ferens, in forum progressus est, ibique stans, cum multas lacrymas effunderet, reliquam etiam multitudinem ad fletum permovit. Id cum tyrannus in forum procurrens prohibere vellet, à civibus interceptus est. *Ael. lib. 14. de Variab. lib.*

Secundo bello Punico victi à Romanis Carthagenicis, annuum stipendium populo Romano, usque ad certum tempus, solvere tenebantur. Cum venisset prima pensionis conferendæ dies, & ingemiscerent omnes ad vocem trahitur, ferunt Annibalem commotum inutili lamentatione Penorum risum effudisse, quòd in leviori malo copiosiores effunderent lacrymas, quam antea, cum Romani ad Zamam victores, classem, arma, & amplissima spolia ipsis detraxissent, victisque leges imposuissent. *Ant. vita Annibalis.*

Ob Exilium.

DANIEL Propheta lugens, trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedit, & caro & vinum non introierunt in osejus. *Dan. 10.*

AGATHOCLES Syracusanorum tyrannus senex, ubi nullam amplius regni spem reliquam superesse vidit, Theogenam uxorem & liberos, quos ex ea tulerat, adhuc pueros, cum omni pecunia & regali instrumto, navibus impositos in Ægyptum dimisit, unde uxorem duxerat. Diu conjux reluctata dicitur, charitate viri commota. Filii navem conscendunt, flebili ejulatù patrem amplexi tenebant: Theogena & ipsa maritum, ut nunquam amplius videra, oculis fatigabat. Nec senis lacrymæ minus erant miserabiles. Flebant pueri morientem patrem: ille exules liberos. Est enim statim regis mors proficicentes secuta. *Sab. lib. 8. Enn. 4.*

Ex Commiseratione.

AGAR ab Abrahami domino expulsa cum filio Ilimae, præ nimia siti penè exanimatum puerum detrahenque, ne morientem adefse cogeretur, uberimè flevit. *Genes. 32.*

Pugnaturi Iitacitæ contra filios Benjamin, flevissent coram Domino. *Jud. 20.* Et postmodum habita victoria, flevissent propter excidium fratrum suorum. *Jud. 21.*

ELISEUS Propheta videns Azael regem Syriæ coram se; cepit flere, propter mala que ille erat illaturus Israëlitis, regno Syriæ occupato. *4. Reg. 20.*

XERSES Persarum rex in Abydenis campis, cum partem multò maximam Orientis subiectam haberet oculis sub signis stantem, lacrymas emisit: testatus, non se feliciterem ferre suam, quòd tor gentibus imperare contigisset, sed tot hominum sortem, qui cum innumeris essent, ad breve tempus aut fato aut alia vi essent omnino defuncti. *Herod. lib. 7. Valer. Max. lib. 9. c. 13.*

Hominem Laconicum, sed ruri agentem quidam objuravit, quòd prorsus fletus & lacrymis ex intimis visceribus manantibus indulgeret. Atis liberè rejectaque omni dissimulatione respondit: Quid facerem, inquam, non enim ego, sed natura mea mihi luctum excutit? *Ael. lib. 9.*

Heraclitus res humanas perpetuo fletu prosequi solitus erat. *Erasmus in Adagio.*

Agis Lacedæmoniorum rex postremum indicta causâ ab

St Epho-

A oculis ad tumulum stetit, solitas in eum precatones sacerdotali habitu complevit, terram suis manibus iniecit, stentibus omnibus & mirantibus, quod non staret ipse, qui tamen iustissimas haberet legendi occasiones. Ille vero qui fidei viribus relatabatur affectui, dolorem in eo sermone, quem 26. in Cantica Cantorum insinuat, suppressere amplius non potuit; sed docta & pathetica oratione, & de sancto gratulatus est, & suam deservit miseriam.

HIERONYMI Cardani Mediolanensis Philosophi matertera Tomaxina, cum conjugem & duos filios ac filias totidem peste amisisset, & neque flere aut lamentari ex more voluisset, veracundia fororii patris sui, viri gravis & asperi, repente magno edro crepitu disrupta intus, mortua cecidit. Cardan. de Subtilitate, lib. de Hom. natura.

Mitabile est, non posse Magos, quocumque tandem dolore tormentorum opprimantur, lacrymam unicam oculis emittere: quo signo Germani iudices, velut praesumptione certissima, mulierem sagam esse arguunt. Nam proclives ad lacrymandum esse mulieres, nemo nescit: verumtamen sagas contemptum est nunquam lacrymari, utcumque oculos ipeis contentum madefacere. Bodinus lib. 3. cap. 4. Demon.

ANTONIUS LONANENSIS regius vicarius apud Ribemontenses, unam sagarum (de quibus cognovit) in iure confessam narravit, sagarum dexterum solummodo oculum ternas lacrymas ejicere. Bodinus lib. 4. Demon. cap. 4.

Pecantur plerumque ex locis de lacrymis, Animi passione, Penitentia, Peccato.

* Flos, Flores.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

FLOS est plantae partus, ex quo plerumque fructus nascitur. Dico, plerumque, quia in olea, ficu, quercu, fructus sine flore est: & in iride, jelsmino, narcissi quadam specie, flos sine fructu: in thymo, flos idem qui & fructus. Flores eleganter dicuntur εἶπερ ῥίζα, veris soboles. Perotus à εἶπερ Græco Latinam vocem deducit, quod emicet, & scintillæ instar flammæ: alii à ῥίζα, quia velut è plantis suis scaturiunt. Quod etiam à ῥίζα, id est, signo, perinde ut filius, ὄψις, vetus Dictionarium, Florem à fluo derivat, & flores quasi fluores quod cito fluant, & oculis defluant, dictos cenfer.

FLORUM AMOENITAS, ET SPECIES

V A R I Æ.

Tanta est Florum amenitas, tanta varietas, ut qui varias regiones peragravit, nunquam gloriari possint, omnes species à se inventas, omnem varietatem à se deprehensam fuisse. Neque enim ulla in re ita ludere naturam pro competito est, quam in hac florum varietate. Neque stellæ magis nitent in serena nocte, quam in plerisque hortis variè scintillantes micantemque flores, ita ut nulla ars eorum splendorem affectui ullo modo valeat. In uno genere quod à Turcis nuper ad nos, id est, Europeos, delatum, & à tegumentis Turcici figura, quam refert, Tulpam dicunt, eam varietatem omnes passim deprehendunt, ut elegantiam versicoloreum obstupescant, cum in mille colores se reddat, nunc radiis, nunc flammis, nunc maculis resperisus.

Odores etiam varii: vires singulares, quas descriperunt illi qui stirpium herbarumque historiam evulgarunt. Inter quos non infimum locum debemus Remberto Dodonato, & Carolo Clufo, Medicis celeberrimis, reique herbariæ peritissimis.

Sed & processus eorum diversi, & ortus, dum hunc è calyce, hunc è vagina, alium è gemma protuberantem videmus. Item hunc morientem subito, alium subnascentem in eodem truncato, facie, colore, forma ab aliis diversa. Hic nativam purpuram, ille nivem, flammam, cælum, iste aurum, & gemmas exprimit. Alius odorem adflat naribus gratissimum, auramque ætheream effundit, ut non vanè quidam Poetarum, flores plerumque natos dixerint, aut finxerint, è succo aut sanguine Deorum.

AMOR ET PRETIUM.

Florum amenitas adeò plerumque etiam melioris mentis tenet, ut si novum aut rarum nasci apud se videant, velut Argum aliquem deperunt, qui observet. Quin istis ægrius est, ut flos aliquis novus intercidat, quam amicus antiquus. Sed etiam emulantur & ostentant, si quid rarius nascantur, & haud secus quam ad præturam aut Magistratum competitorum existunt, rixantes instat puerorum circa hæc nature

oblectamenta. Hortensios tales merito excludimus, è contra E laudamus illos, qui flores honestæ voluptati natos fovent & aspiciunt, sed non supra pretium aut modum habent.

Pauci anni sunt, quod Antverpiæ vultura una coronæ quam vocant imperialis (flos factus est) venerit ex aureis fectis, tandemque decrecente pretio, modo ita vili habeatur, ut vix honestiorem inter flores locum obtineat.

Nuper quidam Tulpam (flos est è Syria advectus, & à Turcico galero nomen sortitus, Belgis modò familiaris, sic ut in cibum adhibeant) novo colore & exotico enatum, ita deperit, ut alteri etiam non minus hilari hac infania detento, & mille Florenorum pretium offerenti, eam vendere recuset: at ecce, nocte subsequente, subterraneus mus aut forex bulbam ipsam vorat, & tanta spe dominum defraudat, fortunæ suæ vicem deplorantem. Romanum illum Hortensium triserit aliquis, quod propter interceptam murenam, atratus in publicum venerit: isti propter arrosam aut emortuam plantam. Legatur Lipsius lib. 2. de Constantia.

Consule locum de Herbis & Arboribus.

Floralia.

Festa erant in honorem Floræ, admodum impura, & lasciva. Vide Ovid. lib. 4. Fastor.

Fluvius, Flumen.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FLUVIUS secundum Isidorum lib. 13. cap. 21. est perennis aquarum decursus, à fluendo perpetim ita dictus. Propriè autem flumen ipsa aqua est, fluvius vero aqua cursus unde prius flumen quam fluvius. Communiter tamen pro iidem accipiuntur ποταμός Græcè. Sunt autem duo Fluviorum genera, unum quod rivum vocant, semperque fluit: alterum torrens, qui est fluxus aquæ cum impetu, qui facillè siccat. Rivo tamen major est. Frontoni placet, Flumen idem manere, Fluvium quandoque siccat aquarum penuria.

FLUMINUM ORTUS ET GENERATIO.

De fluminum origine varie sunt sententiæ. Inter quas probabilem censemus, quæ asserit, Deum in mundi prima creatione, postquam omnem aquam in unum locum congregasset, per occultos terre meatus aquarum varios decursus emisisse. Plerumque etiam ex vaporibus terre genitos esse. Argenaliter penè omnes qui perennem habent decursum, è subterraneis aquis, quæ ex mari proveniunt, derivari, iuxta illud Ecclesiæ 1. Omnia flumina intrant in mare, & ad locum unde exeunt, revertuntur, ut iterum fluant. Estque hæc sententia communis SS. Patrum.

FLUMINUM MOTUS, CURSUS, FLUXUS, FLUVII

Streptentes.

TROLHERA fluvius Norvegiæ tanto fragore decurrit, ut per schænos tres audiat, hoc est, per xv. M. Ziegl. Schona. Obliqui, Tortuosi.

Quum res agitur non simpliciter, sed vasis & obliquis consiliis, Mæandros dicimus, metaphora sumpta à fluvio Mæandro, qui sinusosus ac flexuosus labitur: unde & nomen habere videtur, quasi oberrat, quatenus hominum consilia. M. T. ullius in Pisonem: Quos tu Mæandros dum omnes sollicitudine persequeris, quæ diverticula flexioneque quaesisti? Erasimus in Adagiis.

Perennes.

TROEZENI amnem habent Chrysothorham, hoc est, Auri fluvium dictum: quem solum suam aquarum perennitatem servasse narrant, cum in magna fecitate desideratis per annos ix. imbris, nulle aquarum venæ in Græcia non exaruisset. Pausanias in Corinth.

MAGNITUDO. FLUMINA

Magna.

GANGES fluvius altissimus atque latissimus, citiorem Indiam ab ulteriore determinat, & duobus ostiis, inter se tet centum passuum millia distantibus, in Indicum Oceanum labitur. Aquæ sunt salubres, & religionem possidere, ab incolis existimantur, ita ut multa vel ut morbos depellant, vel ut animos scelere pollutos expient, illis frequenter abluantur. Orosius lib. 11. rerum Emm.

Fluviorum totius orbis maximus, in India est, nomine Orellana, sub Æquinoctiali perpetuo ferè tractu decurrens, in

Potabiles.

A in longitudinem plusquam mille quingenta milliaria patet: maris æquis ad centum milliaria sese hoc advenit flumine protendit. Est & alter fluvius, dictus Argenteus, propter argentum, quod in eo reperitur. Io. Metellus.

Divia.

CYNDUM amnem Cyrus Perfarum rex in centum sexaginta alveos stulto ulionis genere didixit.

Regnante Cæsare Augusto, quando flos de radice Jesse ascendit, & in orbe Romano prima facta est descriptio: potentissimum præterea Ægyptiorum, quod multis duravit aratibus, Cleopatra morte destructum est, & percussus est amnis Ægyptus in septem rivus, five in septem valles. Nilus enim aquarum multarum, qui prius uno fluebat alveo, & intranfibilis erat, in septem valles humillimas & rivus divitus & concitus est, ut calcatis pedibus transiretur. Hieron. Com. lib. 4. in Esajas cap. 11.

Aucta, Inundantia.

Vide infra, Fluvii secundum.

Extincta.

ONOCENTOS Thefalix fluvius, Xerxis exercitui non sufficiens. Herod. lib. 9. Vide Tit. Exercitus numerus.

FRUCTUS. HUC FLUVII.

Auriferi.

Τὸν Πάκλον ποταμόν, id est, Paclon divitias, pro summis opibus alibi dixit Philostratus. Est autem Paclolus, Lydia fluvius, ex monte Tmololo profluens, aureis scatenis arenis, unde & χρυσόπηγος à poetis cognominatur. Cuiusmodi narratur & Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatque ullum esse aurum absolutius, quam id quod in fluvio reperitur, utpotè cursu ipso trituque perpolium. Erasimus in Adagiis. Piscalenti.

Consule Tit. Piscibus.

Oritur in Laminitano agro Hispania fl. Anas, ut scribit Plinius: Qui est piscis, præter anguillas, quæ sunt optima, inutiles quæque, fama tamen & natura est memorabilis: quippe qui modo se fundit in flagna, modo in angustias resorbet, ac totus in cuniculis latet, & quasi nasci seipsum gaudet. Hæc etiam, ut Strabo meminit, non longè oritur ab ortu Tagi. Marinus lib. 1. rerum Hispan.

Fertiles.

Perpende locum Fertilitatis, quæ magna ex parte à Fluminibus provenit, item paulo post, Vfus.

Agriculturæ commodi.

Stertiles.

AMIGRUS fluvius Elidis, è Lapitho Archadiæ monte descendens, graviter oleentem aquam emittit, pisces non alit, profuam flumen aliud, Acidantem nomine, accipiat. Et etiam, quos Acidus importat, Acidulenti esse desunt. Teter ille odor, è terra, unde effluit, existit. Hæ Græcis verò Chironem alii, Pelonorem centaurum alii, ab Hercule sagitta percussum ajunt, cum vulneratus fuget, hujus fluminis aqua vulnus abluisset. Inde hydræ veneno infectum flumen, scædum odorem contraxisse. Sunt qui in id causam referunt, quod insanè morbo liberatis Præti filibus, Melampus Amythaonis filius piacula in hunc amnem abjecerit. Pausan. lib. 5.

NOBILITAS.

Non tam imple quam stultè Naaman Syrus leprosus, Damasci aquas prætulit Israelis: cum Jordanis devotus Deo famulatus toties probatus extirerit, five quando Helice, five quando Helice, five etiam quando Josue & omni populo simul siccum in se transiit præbuit. Denique quid in fluminibus isto eminentius, quod ipsa Trinitas sibi quædam evidenti præsentia dedicavit? Præter auditus, vius Spiritus S. Filius est baptizatus. Meritò ideo ipsam ejus virtutem, quam Naaman ille consulente propheta sensit in corpore, jubente Christo, universus quoque fidelis populus in anima experitur, quando in eo sacris undis tingitur. D. Bern. ad Templum illius.

GORTYNAM Arcadiæ urbem fluvius præterlabitur, quem circa suos fontes Lusium appellant, quod in eo Jovem recens natum lotum creditur. Quia vero longius à fontibus discedit, Gortynus dicitur; cuius aqua frigidissima est. Pausanias in Arcadiis.

LADON Arcadiæ fluvius, aquæ pulcherrime omnibus Græciæ fluminibus antecellit: celebratur verò maximè Daphnes causa, & ob ea, quæ de illa poetæ decantantur. Ibid. L. B. Theat. Vita Human. Tom. III.

Maximè jucundo aquarum frigore sunt Cydnus, qui Tarfenium fines præterlabitur: Melas, qui propter Sidam Paphloryum decurrit: tum verò Halei ad Colophonem frigidam aquam, qui elegos fecerunt, poetæ celebrant. Sed hos omnes, æstare præferunt, vincit Gortynus Arcadiæ fluvius, qui ad fontes suos Lusius dicitur, quod in eo Jovem recens natum lotum creditur. Pausanias in Arcadiis.

CHOASPES & EULEUS fluvii suberrime aquæ, quam solam secum etiam in longinquis peregrinationes Parthorum reges vehunt. Plin. lib. 31. c. 2. Solin. cap. 51. inquit: Choaspes ita dulcis est, ut Persici reges, quamdiu intra ripas Persidis fluit, solis sibi ex eo pocula vendicant; & cum eundem fore prætergè, aquas ejus secum vehantur. Ac cap. 46. de Eulo flumine, quod ortum à Medis tam puro fluore inclum habeat, ut inde omnes reges non alias quam ejus aquas bibant. Sufianum Persidem ab Elymaide differant amnis Euleus, ortus in Medis, modicoque spatio cuniculo conditus, ac rursus exortus, & per Mesobotenem lapsum, circum arcem Suforum, ac Dianæ templum angustis, illis gentibus, & ipse in magna caeremonia: siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant. Plin. lib. 6. cap. 27.

ALPHEUS fluvius Elidis, uberrima & suavissima aqua, ex Arcadia descendit, Helifon, Brentheatem, Gortynum, Phagam, Ladonem, Erymanthum, Cladeum amnes inscipit, & subter mare in Sicilia apud Syracusas denud emergens, Arcthusæ fonti sese commiscet. Hinc fabulæ locus datus, Alpheum venatorem, Arcthusæ amore captum, cum illa nuptias ejus averfata, in Siciliam (quæ tunc Ortygia dicebatur) fugisset, ambo in aquas commutati fuere. Pausanias lib. 5. Mediciati.

THEARUS Thraciæ fluvius, fertur ab accolis omnium amnium esse optimus, cum ad alios morbos, tum ad scabiem curandam, vel hominum, vel equorum. Ejus fontes duodequadraginta sunt, ex eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. Herod. lib. 4.

CYDNUS Ciliciæ amnis podagricis medetur, sicut apparet in epistola Cassii Parmenis ad M. Antonium. Plin. lib. 31. cap. 1.

Scribit Theophrastus in libro de Aquis, Nilii aquam fertilissimam esse & dulcissimam: quam obrem venter bibentibus solvit, ob nitrosam admisionem. Athen. lib. 2. cap. 1. Agriculturæ commodi.

Nilus Ægyptum, Babylonem & Seleuciam Euphrates atque Tigris restagantes fecundant. Nilus quidem natura, Euphrates verò & Tigris etiam arte temperari possunt. Plin. lib. 18. cap. 18. Nilus incipit crescere luna nova, quæcumque post solstitium est, sensum modicèque Cancrum sole transeunte, abundantissimè autem Leonem. Erresidet in Virgine, iisdem quibus accrevit modis. In totum autem revocat intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die. Cum crevit, reges aut præfectos navigare eò, nefas judicatum est. Auctus ejus per puteos mensura notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum xvi. Minores aquæ non omnia rigant, ampliores deinent, tardius recedendo. Hæ ferendi tempora absumunt solo madente, illæ non dant sicentia. Utrumque reputat provincia. In xlii. cubitis famem sentit, in xlii. etiamnum esurit: xiv. cubita hilaritatem afferunt: xv. securitatem: xvi. delicias. Maximum incrementum ad hoc ævi fuit cubitorum xlix. Claudio principe; minimum quinque Pharsalico bello, veluti necem Magni prodigio quodam flumine averfante. Cum steteret aquæ, apertis molibus admittuntur. Ut quæ liberata est terra, fertur. Idem amnis unus omnium nullas expirat auras. xv. ostiis in mare se exonerat, quorum septem sunt celeberrima. Plin. lib. 5. c. 9. & 10. De eo sic Diodorus: Utilitate commoquæ ceteros orbis fluvios excellit. Incrementum ejus à solstitio incipiens æstivo, usque ad æquinoctium, semperque novum limum secum vehens, rigat tum cultas regiones, tum incultas, quanto tempore velint agricole. Aqua enim leviter fluente, facillè eam parvis aggeribus arcent, inducuntque per commoda terræ. Tantam verò fertilitatem infert, & agrî colendi facilitatem, ut cum severint, aut oves introducant in campos ad concilandam jacta semina, aut aratro levi terram subducant: neque nisi quatuor aut quinque exactis mensibus ad messem redeunt, brevi tempore uberrimos fructus abque magna impensa labore reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur,

Aac sumpti: soli Aegyptii minima impensa, labore tenui fruges fertiles auferunt. Vineae quoque eodem rigate modo, vino abundant. Terra inculca, pecori ad pastum relicta, adeo exuberat herbis, ut oves bis in anno pariant, bisque praebant lanam. *Diod. lib. 1. cap. 3. & Strabo. l. 17.* Galenus Nilum ita laudat, ut bonitatis excellentia paucis admodum comparari fluminibus possit, nam & mulierum partum insigniter adjuvat, Ex eo praeterea in Aegypto sola omnium palustres aquae redduntur commodiores, quando aestate nec computrescant omnino, ratio quorum reddi non potest, ut cum aqua Nilotica fecundiores faciat feminas, adeo ut quarundam viscera longiore praedicta sterilitate, ad conceptum relaxaverit. Avicenna primo Canonis, quatuor ex causis Nilo comparabilem bonitatis vim scribit attributam: quarum primam statuit, a cursu longitudine secundam, regionis adscribit nitenti ac praesentia, per quam fit aquarum desensus: tertiam putat, quod a Meridie in Septentrionem defertur; sic enim attenuari amplius: postremo, & immensam suffragari fluminis molem. Aristoteles etiamnum postea quam fecundissimum fuisse Aegyptii Nilum: unde illud Byzantium poetam Parmenonem, ut scribit Athenaeus, *Αἴγυπτος Ἰσθμὸς Νεῖος*, id est, Jupiter Aegypti Nile: quoniam certis anni temporibus superfluis ripis imbrum modo, miram campis fertilitatem inferat. Propterea de Nilo *Tibullus*:

*Te propter nullas tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluvio applicat herba loci.*
Creditor & Pindarus inde Saturnium appellasse Nilum, tanquam & ipse Jovi innocens cognomen: quoniam antistrophos, ut diximus, Jovi sit Nilus, & imbrum censetur analogon ejusdem aquae ubi in Pythia ait:

*Νεῖος ἄρ' ἔτιν ῥήθηρ' ἔχρησθε,
Dicitur inde & Chrysothoas Nilus, quasi auro fluens. Ex quo & graves in eos, qui chomata Nili turperit, vel violenter omnino, sanciantur poenae. Sunt autem eo nomine ageres. *Calvus lib. 2. c. 8. Ant. Lect.**

Euphrates Armeniae fluvius, increcit & ipse Nili modo statibus diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat, sole obtinente vicissim partem Cancræ. Minui incipit in Virgine a Leone transgresso. In totum verò remeat in vigesima nona parte Virginis. *Plin. lib. 6. c. 26.*

Inter Scythiae fluvios, Borysthenes secundum Istrum omnium maximus, & omnium aliorum (praeter Aegyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare) uberrimus, pascua praebens amantissima & accommodatissima pecoribus, nec non optimiorum ac singularium affatum piscium; idem ad potandum suavissimus, liquidus inter turbidos fluens, juxta quem seminis optima fit, & herba non fativa, etiam altissima. In cuius quoque ostio ingens vis salis sua sponte concrevit. Praebet idem ingentia cere, ad salutarum, spinis carentia, quae antea eos appellant. *Herod. lib. 4.*

Mechanicis inservientes. De Cydno, & de sacra Apollinis, qui Tharsi est, secespita, referunt, a Cygno ferrum illud extergi rectius, neque alia ab aqua cultum illum, quam ab illa: quomodo Olympiae cinerem adcorporant ara, & affigunt, cum mari Caspio conflundunt: ex alio amne si tenent, nulla valent solidare vel agglutinare cinerem. *Plur. de Desorac.*

D. Bætis fl. Hispania aqua ad insciendias lanas plurimum valet, quam Martialis hoc modo commendavit:
*Bætis olivifera crinem redimit coronam,
Aurea qui nitidis vellera tingit aquis.*
A quo etiam, ut Strabo & Plinius asserunt, Bætica provincia nomen accepit. *Marinus lib. 1. rerum Hispan.*
Apud Valcones fluvius Chalybs nomine, cuius aqua Hispani gladios temperant. Ab eodem populi Chalybes dicuntur, *Marinus lib. 1. rerum Hisp. ex Isidoro.*

* FLUMINUM DERIVATIONES, PERFOSSIONES IMMISSIONES, RARO FELICITER TENTATAE.

MARE RUBRUM CUM NILO.

Herod. lib. 2. refert, Nicaonem, quem alii Sesostrum vocant alii Plammetichum, Aegypti regem, ad transektionem mercium Orientis, conatum esse alveum e mari rubro in Nilum ducere: sed eundem, cum in eo opere audacter magis

quam infeliciter suscepto, supra centum viginti millia hominum interissent, destitisse in medio opere, hoc interpellatum oraculo: cum id opus barbaro praerumit. Idem refert Sesostris & Dario. Sic enim scribit *Basilus in quarta homilia sex dierum*: Quod Aegyptus sit positione loci inferior mari rubro, ipso facto ostendunt, qui conati sunt duo maria jungere, Aegyptium & Indicum, cuius pars est rubrum mare. Hanc ob causam de conatu suo destitit Sesostris Rex Aegyptii, & post hunc Darius Medus. *Monferus*: Darius perfecit istam fossam, sed opportuniore loco summaque arte. Et cum navigare illuc cuperet, appetebat fossam: rursusque cum esset usus, clausit flumen, quod in fossam deduxit. Habet fossa latitudinem cubitorum septingentorum, profundum quantum satis fit navigio decem millia ferenti.

Fuerunt qui Africam ab Asia disjungere voluerunt, id terrae interciderere meditati, quod inter rubrum, & nostrum (scilicet Mediterraneum) pelagus medium est: cuius latitudinem non amplius, quam mille & quingentum stadiorum esse dixerunt. Primumque omnium Sesostris Aegypti Rex effecerit id cogitavit, Mox Darius, Persarum. Deinde Ptolemaeus sequens, qui fossam eduxit, latitudinem centum pedum, altitudinem triginta, longitudinem passuum triginta septem millium & quingentorum. Ultra progredientem metus inundationis deterruit, excolere tribus cubitis rubro mari comperto, quam terra Aegypti. Plinius omisit fossionem asserit, ne mare immittam, aquam Nili corrumperet, quae sola potum praebet Aegyptiis. *Aeneas Sylvius in Cosmographia sua.*

De Istmi Corinthiaci perfoctione.

DEMETRIUS, Caesar, Dictator, Caligula, Nero, aucti Isthmum Corinthiacum perfoedere: sed nulli processit. Dion testatur, tempore Neronis sanguinosos rivus conspexcos, multaque spectra ejulantes atrox edidisse, atque ita terribis operarios cessasse. *Pausanias lib. 2.* Quicumque Peloponnesum Insulam facere conatus est, morte oppressus, opus imperfectum reliquit. Quae sane Isthmum fodi ceperunt, operis exstant vestigia. Saxosa ejus pars omnino testata non fuit: quare situs adhuc sui naturam servat, Julius Caesar proximo ante mortem anno deduxit colonias, Carthagine & Corinthum. Tentavit perfoctionem Isthmi, ut jungeret duo maria, & Peloponnesum alveo navigabili a Graecia evelleret; sed frustra hoc tentavit, Receitores Graeci contra irruptiones Turcicas extruxerunt ibi longum murum. Illum demolitus est Mahometes II. qui Constantinopolim occupavit.

GNIDIORUM ISTHMUS.

Gnidii appendicem Cariae contra Herpagum demoliti conabantur, ad quingentos passus dumtaxat: verum petarum saltus laedebat oculos fodientium. Apollo consulens respondit: *Γνιδίον ὁ μὴ πρυγῶν, μὴ δ' ὀψώσεται, ἔξ ἧς ἡ θύρα νῆων, ἢ ἢ ἔβλαστο*, id est: Isthmum ne perfoedere, neque muros cingite: quia si Deus insulam eo loco esse voluisset, condidisset.

Caspji maris & Euxini conjunctio.

Refert Plinius ex commentariis Claudii Caesaris, cogitasse Seleucum I. cognomento Nicanorem, cum mari Caspio conjungere Bosphorum Cimmerium, seu, ut alii, mare Euxinum triginta septem milliaria alveo. Verum priusquam id perficeret, jugulatur a Ptolemaeo.

Perfossio Istmi ad montem Atho.

XERXES subditorum suorum opera Isthmum ad montem Atho perfodit, & navibus transitum faciebat: Verum eas non iterum reducebat.

Tanais & VVolge conjunctio.

Turci cum anno 1569. tentassent Tanaim & VVolgam fluvium navigabili alveo conjungere, perfosso monte Schloppenburg, qui interjacet, & ad sex milliaria se extendit, magna clade a Moicis repulsi sunt.

Pons ex Calabria in Epirum.

Ex litore oppidi Hyduntini in Calabria Apolloniam versus, mare non amplius centum millibus passuum expanditur: quod pedestri continuare transitu pontibus junctis primus Pyrrhus Epiri Rex cogitavit, post eum M. Varro: utrumque curis aliis impeditibus, ut *Pausanias cap. 10. lib. 3.* scribit. Caesar voluit molibus jactis transitum facere ex Italia in Epirum, sequens Pompejum: sed cum id non succederet, pontibus periculum fecit. Xerxes supra Hellepontum familia tentavit. De utroque conatu, *Lucanus lib. 2.*

Tales

Tales fama canit tumidam super aquora Xerxem
Construxisse vias, multum cum pontibus ausus
Europamque Asia, Setae quoque admovit Abydos,
Incepsitque fretum rabidi super Hellepontii.

Præter huc adscribere, quæ de ejusmodi conatibus irritis, plerumque circa derivationes fluminum, *Philippus Camerarius in operis successibus* recentior: sic enim ille *c. 82. pag. 392.* Quem admodum fatendum est, Romanos perpetuo labore & sudore mancipiorum, quorum infinitus numerus apud illos instat brutorum fuit, ejusmodi suspensa operi minori difficultate, & exiguis sumptibus, longæque alio modo, quam quod apud nos fieri necesse est, & infirmere & abolvere potuisse, ita sepe cum veluti naturæ vim inferre voluerunt, operam & oleum, ut est in proverbio, perdidierunt.

Fossa ab Averno Ostiam usque.

Hoc sane evenit, teste *Cornelio Tacito (lib. 15. annal.)* Scrovro & Celere magistris & machinatoribus, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, & viribus principis Neronis illudere. Namque à lacu Averno navigabilem fossam usque ad Ostia Tiberina depressarios promiserant squalenti litore, aut per montes adversos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinae paludes: cætera abrupta aut arenosa: ac si petrumpi possent, intolerandus labor, nec satis caute. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga coinnxis est, manentque vestigia irritæ spei. Hujus fossæ ceptæ ab Averno Ostiam usque, ut navibus, nec tamen mari irretur, longitudinis per cxx. milliaria, latitudinis, qua contrariae quinq;veremes commeant: meminit quoque Suetonius in vita Neronis, quorum operum perfoctionem gratia, quod ubi esset cunctos, in Italiam deportati, etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari præceperat.

ISTHMI PERFOSSIO.

Hic autem non contentus, etiam in Achaja Isthmum perfoedere aggressus (ut idem Author tradit) Pretorianos pro donacione ad inchoandum opus cohortatus est: tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris exauit. Verum illi accidit sicut aliis compluribus, qui sepius ante eum idipsum, repugnante natura, inausu exitu, conati sunt facere: eorumque semper irriti labores fuerunt: Inter quos fuit Demetrius Rex, C. Caesar Dictator, Cajus Princeps Caligula, Domitianus, & alii: quorum mentionem post Plinium (lib. 4. c. 4.) facit (in Commentariis super Suetonium) Lavinus Torrentius: hujus rei quoque Sabellius (Decad. 2. lib. 9. de rebus gestis Venet.) meminit: Ubi etiam scribit, Venetos quindecim dierum spatio totam Isthmi longitudinem, quæ ab Aegæo ad Ionium mare quatuor est passuum milliæ, & quamquam murorum ambibus aliquando eam reddidit ampliores, muro & duplici fossa munivisse. Unde proverbium, Isthmum perfoedere, veluti de laboribus & conatibus ingentibus, sed vanis & irritis, ortum suum habere cepit. Herodotus quoque (lib. 1.) anemoria tradidit: Gnidios Isthmum, qui angustissimo spatio, nempe quinque stadiorum, spectabat continentem, perfoedere molitos, ut insulam facerent (hi sunt incolae Cariae, & Coloni Lacedaemoniorum, quorum regio spectat mare, quod vocatur Triopium) ceteram ictos scopulos in fodientium oculos resillisse. Cum autem otaculum Delphicum hanc ob rem consultuissent, ita respondisse Pythiam:

Ἴσθμὸν ὁ μὴ πρυγῶν, μὴ δ' ὀψώσεται.
ἔξ ἧς ἡ θύρα νῆων, ἢ ἢ ἔβλαστο.
id est: Isthmum ne perfoedere, neque fossite: Nam si Isthmum visum locasset in solo.

Ceterum Xerxes Regis Periarum opus magis fustum fuit, dum Athoni perfoedere aggressus est. Est autem Athos, teste *Herodoto lib. 4.* mons ingens & nobilis, ad mare pertingens; ab hac parte hominibus cultus, ad continentem delinens in speciem Cheronesi, est in Peninsula, cum Isthmo duodecim stadiorum. Hoc incolitur à Calogeris, qui sunt Monachi Graeci, & sequuntur ritus traditos à Basilio. Hanc fossam, inquit Herodotus, Xerxes, ut ego conjectura colligo, jactantia gratia depirni jussit, potentia ostendendæ cupidus, ac memoria relinquentis. Nam cum liceret nullo negotio naves per Isthmum transportare, jussit Isthmum intercidi ad mare recipiendum, in fossam tantæ latitudinis.

L. B. Theat. vii. Human. Tom. III.

nis, ut duæ trirèmes pariter illuc agitari possent. Denique E Nicanor Seleucus aggressus est, Isthmum (qui dirimit Euxinum & Caspium mare) perfoedere: nec perfecit, à Ptolemaeo Cerauno interfectus, ut *Erasmus* notavit in *Adagiis*.

De Nilo in mare rubrum derivando.

Eodem modo nonnulli Reges Aegyptii, immensis fossis ductis, longitudinis quatuor dierum navigationis, latitudinis, ut per eam possent duæ simul agi trirèmes, in quibus fodiendis, sub Rege Neco, centum viginti millia Aegyptiorum, teste *Herodoto lib. 1.* perierunt: quarumque vestigia in hodiernum diem (ut mihi ii, qui illis in locis fuerunt, retulerunt) prope Sues conspiciuntur: effecere voluerunt, ut ex Nilo fluvio in mare rubrum vel Arabicum sinum navigaretur. Verum eorum ceptæ irrita fuerunt: sicut quoque Cleopatra Reginae, quæ opus arduum & ingens ibi aggressa est: Intenderat enim (*Plur. in vita Antonii*) per Isthmum, qui rubrum mare ex Aegypto distinguit, videtur Asia, & Africae limes esse, quas imaximè utroque mari archar, & strictissimus ccc. stadiorum latitudine patet, classem P transferre in Arabicum sinum, cum exercitu & magna vi pecuniae, ibique servitute & bello civitate habitare. Sed ab Arabibus, circa Petram habitantibus, impedita fuit.

EUPHRATIS IN TYGRIM DERIVATIO.

Eodem modo Trajanus, teste Dione, fossam aggressus est, per quam Euphratem in Tygrim derivaret, simul etiam ut navigia pontifacendo deveheret: sed ubi Euphratis alveum Tigri multo excelsoiorem esse compertit, ac incepto destitit: verius videlicet, ne Euphrates converso in declivorem partem fluxu extenuaretur.

Mosella atque Araris conjunctio.

Non abfimilis conatus fuit veteris Romanorum Ducis imperante Nerone, qui Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fluvium fossa, convertere paravit: ut copia per mare, dein Rhodano & Arari viceve per eam fossam, mox fluvio Mosella in Rhenum, exin ad Oceanum decurrerent: sublatique itinerum difficultatibus, navigabilia inter se Occidentis, Septentrionisque littora fierent. Deterruit Belgicae legatus, ne legiones alienae provinciae inferret, studique Gallorum affectare diceretur: formidolosum id imperatori dictans, quo plerumque prohibentur conatus honesti. Refert Joannes Marius, propter juges pluvias, quæ congestam humum in fossam rejecerant, inchoatum opus omittam fuisse. Hæc Ricardus Dinotus (in adversariis) ex Tacito refert. Verum si quis exactiorem hujus conatus descriptionem requirit, is reperiet eam in Belgii historici Ludovici Guicciardini.

DANUBII CUM RHENO CONJUNCTIO.

Ne autem planè præcis & exteris exemplis inhiareamus, audiamus quoque, quid nostri Imperatores sepe numero conati sunt. Carolus enim Magnus peritissus à quibusdam fuit, hominum labore effici posse, ut à Danubio in Rhenum navigaretur, si inter Rhodanum (Regni) & Alemannum (*Alimuhl*) flumina Natisiorum, ut *Aventinus A.D. (lib. anal. Bojorum)* memoriae tradidit, ubi uligo palustris erat, fossa duceretur, quæ navium capax foret, in quam palustres aquæ subsidentes, utrimque flumini committerentur. Nam Rhodanellus Bambergæ, inquit, Mæno, hieque Rheno Moguntiaci misceretur. Alemannus verò millia passuum octo à patria mea in Danubium profuit, juxta oppidum *Rhelam*. Fit igitur jussu Regis à Maximo Bojorum, Francorum, Suevorumque numero fossa lata trecentos pedes, longa millia passuum duo. Topagum *Straben*, inde Vveiffemburgium versus tendebat. Sed invidit fortuna labori, qui invito cælo ceptus erat; prodigijs portentisque iram suam natura rerum ostendit. Immensi acervi frumentorum & omnis generis granorum reperti in campis, quæ si pecus gustaret, e vestigio peribat: farina inde facta, sub manibus evanescibat. Noctibus audite sunt voces mugientium & lascivientium, confusi strepitus circum superiorem fossam. Accedebat continuè imbres in loco alioqui palustri. Idèd quiddam terræ interdiu egerabat, noctu humo relabente subsidebat. Hujus rei quoque

Si 4 memi-

A meminit Aimonius de reb. Franc. Ajunt. prope Vyvenburgum adhuc apparere vestigium profundæ fossæ.

Multavia & Danubii.

Quin etiam simile vel majus opus inchoavit Carolus IV. Imper. (quamvis qua ratione fieri hoc potuerit, ex situ loci, & horum fluminum cursu colligere non possum) qui Multaviam, quod flumen montis radices, in quo regia arch. Pragæ sita est, aluit, & Bohemici regni Metropolim intersecat, cum Danubio conjungere voluit: sicut videre licet apud Dubravium in Bohemiciæ historiis. Quid multis? Ejusmodi conatus, si non omnes, plerique tamen insuccessu reperiuntur. Statuit enim Deus, ut Regius Propheta (Psal. 103.) ait, mari & fluminibus suos terminos; quos non transgrediantur, & iis manendum consistendumque illis, quamdiu illi placuerit. Id testatur Propheta Hieremias cap. 5. ubi dicit, An me non timebit populus, qui pono terminos maris arenam? Hoc ipsum oraculum Delphicum, cujus supra mentionem fecimus, non ignoravit. Et recensetur a Rufino (lib. 2. cap. 30. Eccles. hist.) elegans historia de inundatione

Nili, quæ destructo templo Serapis, cujus Ethnici itam venerantur, contigit. Moris enim erat in Ægypto, ut mensura ascendens Nili fluminis ad templum Serapis, in quo Alexandria colebatur, deferretur velut ad incrementi aquarum & inundationis autorem. Subverio autem ejus simulacrum, ignique consumpro, omnes simul negabant, Serapim injuriam memorem, aquæ ultra affluentia solita largiturum. Sed ut ostenderet Deus, non Serapim, qui multo Nilo posterior, sed se esse, qui aquas fluminis temporibus suis juberet excrecere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantum fuisse præteritas nulla meminerat. Et ideo ipsa ipsa, id est, aquæ mensura, quam *pylos* vocant, ad aquarum Dominum in Ecclesia capta desecit. Hæc gesta ubi religioso Principi Theodosio nunciata sunt, extensus ad cælum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias ago tibi Christe, quod absque urbis illius magnæ pernicie tam vetustus error extinctus est. *Camerar. cap. 39. pag. 167.*

Volge & Thanais.

Hæc ita esse, ante plures annos Turcæ quoque experti sunt, qui adductis maximis copiis militum & mancipiorum, Rhan vel Volgam flumen (teste Ptolomæo, Sarmatiae Asiaticæ maximum, inque mare Caspium se exonerans, quod à Tartariis Elatach, ab Armenis autem Thamar appellatur) in Thanaim (qui fluvius Europam ab Asia dividit, & ab incolis Don, ab Italicis autem Thana vocatur, inque Pontum Euxinum sese effundit) perfosso monte altissimo, derivare conati sunt. Verum non tantum inedia, labore immenso, & venenatis animalibus, in regione inculta & deserta, impeditu à cæpto opere Turci fuerunt; sed etiam à Mosis magna clade affecti, & tandem Tartarorum dolis in reditu circumventi, ad interfectionem delati sunt. Manebant itaque fines, & termini maris fluminumque quos Deus poluit, inivis hominibus, qui frustra eos suis viribus, restigante ipso, transferre conantur. Id ipsum Ægypti suis hieroglyphicis (Pierius lib. 25.) designare voluerunt. Hæc enim media sunt animalia inter terrestria & aquatica: vinculum illud ostendunt, quo terræ applicite sunt aquæ, suiisque coeherent finibus. Hactenus *Camer. in oper. succif. Centur. 1. cap. 82. pag. 392. & seq.*

Gargani montis in Apulia à continenti avulsio. STRABO author est, Diomedem conatum fuisse promontorium Gargani, fossa ad mare perducta, dividere, & à continenti avelere. Sed domum accessit, cum hoc, tum alia varia opera inchoata reliquit. *Leander in sua Italia, pag. 378.*

* Fœcunditas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Fœcunditas, quæ Græcis *παιδοποιία*, vel *δωλια*, est abundantia, sive fertilitas, à *Fœcundo*, quod est, Fructibus abundantem facio. Er quamvis proliè dicatur de agris & arboribus, transferretur tamen communiter ad animalia. Imò & ad animum, apud Plinium in *prolat. lib. 1.* & ingenium. Unde & matres quæ plures liberos progenierunt, fœcundas dicimus & fœcunda illorum ingenia, qui plura memoria & laude

digna evulgant, aut deprimunt, idque sive voce, sive casu: Et in omni studio & arte obtinet.

Fœcunditas, Fœcunditas.

Fertilitas, Abundantia, Græcè *παιδοποιία*.

Ac primum IN GENERE.

UTPUTA

POPULORUM.

Unius Jacob proles annis ducentis in legiones innumerabiles excrevit. *Genes. ult.*

Australes omnibus voluptatibus ac veneri maxime deditos, Scythas verò negat Hippocrates ad venerem aptos esse, ob nimiam, ut ipse scribit, ventris frigiditatem ac humiditatem, tum etiam ob equitationem; ac propterea infœcundos esse: & cum frustra venerem tentaverint, odio venetis se ipsos castrare. Castrationem vocat alibi venæ cephalicæ, quæ sub auribus later, sectionem, qua his quoque temporibus uti quodam accepimus. Hæc tamen omnibus scè historicis repugnant. Nam Gothorum, Scytharum & Germanorum tanta fœcunditas est, ut non modò Septentrionis vastas solitudines ac sylvas maximis urbibus decorant, F

etiam in universam Europam colonias miserant; non tantum Germani ultra Danubium, verum etiam Scandiniam extremis Scythiæ finibus positi: illinc Methodius & Paulus Diaconus, exercitus quasi apum examina erumpere consuevisse tradunt. Jonantes verò & Olaus appellat hominum officinam: quò inde Gothi, Gepidæ, Hunni, Cambri, Longobardi, Alani, Burgundi, Normanni, Picti, Heruli, Suevi, Sclavi, Suiceri, Rogi originem traxerunt. Cum autem Scythæ calidi sint & humidus, unde fœcunditas ingeneratur, dubium non est, quin omnium populorum fœcundissimi sint. Et quidem ad venerem in universum Australes falaciores: Septentrionales verò magis sunt idonei. Id summa Dei providentia factum est, quòd iis, qui satis habent ad gignendum facultatis, voluptas non magnopere esset necessaria: iis verò, qui minus habent humoris & caloris, majores stimulos voluptatis optima parens natura dedit: alioqui nec suum genus propagare, nec fecunditatem colere vellet. *Joan. Bedæ in Met. hist. cap. 5.*

Unalegio Turcarum, quem Perse adversus Arabes evocant, repente in tantam hominum multitudinem aucta est, ut Arabes eos ejicere frustra conati, fœces ei & imperium commiserint. *Idem cap. 9.*

IN SPECIE.

VIRORUM, QUI MULTOS

SUSCIPERE LIBEROS.

EXEMPLA BIBLICA.

Adam protoplastus præter Seth, Abel & Cain, habuit xxx liberos.

GEDEON JOË F. qui & Jerobaal, dux fortis, filios habuit septuaginta ex multis uxoribus: item ex concubina, quæ in Sichem degebat, Abimelech sustulit, qui patre mortuo, tyrannidum invasit, & fratres suos lxx. uno in laxo peremit, excepto Joathan natu minimo. *Judic. cap. 8. & 9.*

JAIR Galaadites, Israelitas rexit annis 22. Is triginta filios habuit, in totidem equis equitantes, totidemque oppida tenentes, qui Jair vici vocantur, in Galaadite. *Judic. cap. 10.*

ABESAN Bethlehemites, Israelitarum judex annis septem, H triginta filios habuit, totidemque filias, totidem nurus, totidemque generos. *Judic. cap. 12.*

ABDON Ille F. Pxoratonites, filios xl. habuit, & nepotes triginta, in 70. equis equitantes: qui Israelitarum judex fuit annis 8. post Elion. *Ibid.*

DAVID rex filios habuit ex legitimis uxoribus novemdecim, præter eos, quos ex concubinis; & Thamar filiam. *1. Paralip. 3.*

ROBOAM Salomonis F. Judæorum rex, duxit uxores 1. lxx. & concubinas 1. lxx. Ex iis genuit filios lxx. lxx. & filias 1. lxx. *2. Paralip. 12. & 1. Josph. lib. 8. Antiq. c. 10.*

ACHAB Israelitarum rex lxx. filios habuit, quorum Joram natu maximus, patri in regno successit. Omnes uno die, iussu Jehu, occisi. *4. Reg. 10.*

Job septem filios & tres filias convivantes, ruina domus oppressos, amiserat. Postea cum Deus parentia illius satis explorata, omnia conduplicasset, septem filios ei dedit, & filias tres, Jemimam, Cassiam & Querenappucam, pulcherrimas totius orbis. Causa assertur: liberos non conduplicavit, quoniam decem illos, qui obierant, habebat adhuc in altero seculo: itaque

A itaque decem alios tantum in hoc seculo superaddidit. *Job cap. 1. & ult.*

HISTORICA.

ENDYMION Æthlii filius, secundus Eleorum rex, à Luna adamatus, ex ea filias quinquaginta suscepisse fingitur. *Pausanias lib. 5.*

MOYSES propheta dum vagatur per desertam populum traxit, Ægyptus, unde Israelitis exierat, quam ad id tempus Æria dicta esset, ab regis nomine, Ægyptus est cepta nominari. Fuit Ægyptus Beli filius, qui superiorem Ægypti partem regia potestate aliquandiu tenuit. Fama est, hunc quinquaginta masculæ stirpis liberos ex Europa Nili F. habuisse: quod in barbaro homine, quorum proprium fuit, sine procreationis, sive voluptatis causa, pluribus mulieribus misceri, haud fabulosum dixerim. Erat illi frater Danaus nomine, cui par fuit natum numerus ex Euryopa, Nili itidem F. à fratre qui plus poterat natum fiducia, ex Ægypto pulsus, in Peloponnesium est oneraria navi delatus: ubi Gelanore à suis per id tempus ejecto, facillè est Argivorum regno potius. Ac tum primum ferunt, onerariam navim in Græcia conspectam. Aqua etiam in viscibus terræ abstrusa, putatis ab eo altius effusis, deprehendi cepta est. Danaus, quia oraculo acceperat, furta, ut à genito interficeretur, cum filias suas Ægypti daret cogere, omnes prima nocte maritos suos interficere curavit. Sola Hypermetra Lino peperit, à quo postea Danaus occisus est. *Sabel. lib. 4. Ent. Phlegon. de Mirabilib. & longevis.*

LYCAON Pelagi F. Arcadiæ rex, antequam in lupum vertere, ex Adantis filia legitima uxore, & nonnullis aliis, supra quinquaginta liberos suscepit. *Natalis Comes lib. 9. cap. 9. Mythologia.*

THESPIAS Atheniensis Erechthi regis filius, è pluribus feminis filias L. genuit, cum quibus vocatis ad epulas Hercules sigillatim una nocte concubuit; suscepitque totidem liberos mares, qui Thespiadæ dicti sunt. *Dion. lib. 5. & Svidas.*

Hercules inter lxx. liberos, unicam tantum filiam habuit. *Antigonus in Mir. nat. ex Arisf.*

PRIAMUS ex Hecuba conjuge habuit xix. liberos: ex aliis C. pellicibus 31. Hinc *Maro:*

Quinquaginta illi thalamis, spem magnæ nepotum.

ARTAXERXES Xerxis filius, Perlarum rex, habuit ex pellicibus ex. liberos, ex iusto matrimonio III.

Scylurum Chersonnesi dominum ac Scyluri liberos in captivitate habuit Mithridates Eupator. Eos quinquaginta fuisse, Pofsidonius scribit, cum Apollonides octoginta affirmet. *Syrabo lib. 7.*

Arabum regi Heronimo, Trogus Pompejus auctor est, sexcentos ex numero pellicum filios fuisse, per quos variè bella administrabantur. Hujusmodi præsidio iressu, Syrie fuit & Ægypto infestus, Syllanis temporibus. *Sab. lib. 3. Ent. 6.*

MASINISSA rex Numidiæ, xlv. filios habuit, auctore Eutropio.

ATILIA Hunnorum rex, lx. liberis insignis.

CAROLUS MAGNUS Imp. ex multis conjugibus & concubinis, multos etiam liberos habuit: nimirum ex Hildegarda Sveva Carolum, Pipinum, Lotharium & Ludovicum: filias autem Ruthrudem, Bertam, Gislam, Hildengardam, Adelheydam, Bellixandam, Immam, Gertrudim. Tum ex concubinis, Gertrunda, Adeltrudem, Reginam, Drogonem & Hugonem: Adelinda, Theodoricum: Himmeltrude, Pipinum in patrem seditionum: Rothilde, Adeldodem, Roxnam, Adelindam. Tres filias ex Fastrada Franca suscepit, Theodoretam, Hiltrudim & Rothaydem. Et ita viginti tres liberos genuit. *Heaio in Chron. German. & Bruchius in German. monasterii.*

BABO ab Abensperg. & Roer, Comes, Babonis Schirorum principis F. urbis Ratisponensis præfectus, ex duabus legitimis uxoribus triginta & duos filios, atque octo filias tulit, educavitque: totque simul liberos viros superstites reliquit. Eum Henricus II. Imp. cum Ratispona habitans, secum venatum cum paucis proficisci iussit. Babo sperans, se tempus opportuum habuim, quo tantam sobolem Cæsari commendaret, juvenes jam puberes, citros admodum & elegantes, cultu quoque & arte ornati, unicuique comitem adjungit: cum tali proles globo venatum procedit ad Imp. Ille visa tanta multitudine, Babonem accersit, scitificaturque, cur cum paucis advenire iussit, tot equites adduxerit: Babo responderet: Cum uno equidem duntaxat famulo præsidio sum. Qui igitur alii sum? inquit Cæsar. Excipit Babo: Et tui, inquit, famuli, filii mei, quos tuæ

majestati exhibeo, committo: quod bonum, scilicet felixque fiet, talenti electorum juvenum & fratrum cohortem, in pace decus, in bello præsidium dono do: ut ingenuam decet sobolem, maxima cura tibi educavit. Gratissimum munus tale juvenum fratrum examen Augusto fuit, dextra & oculo excipit, filios nominat: secumque in aula consistere iussos, præfectus, vicis, prædiis suspensariis, castelleque locupletavit. Ab his plurimi comites, nobilesque Naticorum, Vindellicorum, Noricorum, Charionum, Bajorum & Francorum genus trahunt. Uipua Comes & Liberi Barones de Roer, Rietenburg, Stephaning, Raning, Lengfeld, Calmuntz, Bogen, Roteneck, & alii quidam. *Aventinus A. D. lib. 5. Annal. Bojar. & Hieron. Zieglerus in Historia illustrium virorum Germ. Ann. 1485.* Nicolaus hujus familie ultimus, à Christophoro Bavaricæ ducæ, quod partes fratris visisset, interfectus est.

RODOLPHUS Habsburgensis Imp. ex Anna Comitissa de Hohenberg in Suevia suscepit septem filios, totidemque filias: Ex quibus postea innumeri principes, Reges & Imperatores prodierunt. *Cuspin. A. D.*

ALBERTUS I. Rodolfi Imp. F. primus Austriæ dux, & cæso F. Adolfo Imperatore, ex Elisabetha F. Meinhardi Comitissæ Tyrolensis viginti & unum liberos suscepit. Quibus uti prospiceret, ad regionem per fas & nefas anplandam, in Helvetia præsertim, animum adiecit. Horum undecim iustam asequuntur sunt ætatem, cæteri in pueritia mortui. *Strunpffus & Cuspinianus. A. D.*

BARRABAS Vicecomes, Mediolanensis dux, xxxix. liberos suscepit, & per eosdem nobilissimos Christiani sui principum familiis sese inseruit.

CONRADUS Moscoviæ dux, xxx. liberos habuit, ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt.

MULIERUM. QUÆ PEPPERERE SIMUL MULTOS, *Præter Geminos, Triginos.*

EX S. SCRIPTURA.

THAMAR ex Juda socio, habitu meretricio occultata, concepit: quoniam liberos omnino habere cupiebat. Exactis ad pariendum mensibus, geminos in utero ferebat. Atque in ipso partu alter manum protulit, quam prehensam obstrictrix cocco alligavit, dicens, priorem exiturum. Sed cum is manum rediixisset, & ejus frater emergeret, obstrictrix dixit: Quare objectum tibi interfecisti interpositi? eoque Phares appellatus est. Deinde exiit alter is, qui coccum in manu habebat, qui Zara nominatus est. *Gen. 38.*

REBECCA uxor Isaac, cum sterilis esset, concepit tandem gemellos, qui in ejus utero conflictabantur, & matrem miserè cruciabant. Consulto Dei oraculo, responsum est, duas gentes in utero illius esse, duosque populos inde orturos, minori tamen servituro majorem. Peperit inde priorem Esau, rusticum totum, & villosi centonis infans: postea, Esau calcem manutens, exiit Jacob. *Gen. 25.*

HISTORICA.

MNEMOSYNE Eleutheris imperans, in Pieria Jovis concubitu usà novem noctibus, anno veniente, totidem filias edidit, Mofas dictas: — *ἦν δὲ οὐδὴ*

Μένουσαι ἐν τῆσιν ἀνδράσιν θυγατέρες ἐχθίσταις (ut inquit Hesiodus in Theogonia.)

Ἐν τῆσιν θυγατέρεσσι μεγάλα δῖος ἐκχευαίαι, Κλειώ, Ἐυτέρπη τε, Θάλεια τε, Μελπομένη τε, Τερψιχόρη, Ἐρατώ, Πολυμνία, Οὐρανία τε, Καλλιόπη, ἥς ἀποπροσέειπεν ἔπειτα ἄνακτι.

Mystica interpretatio alterius est loci.

Ægyptia quædam uno partu quinque pueros enixa est, teste Aristotele. *Gell. lib. 10. c. 2.*

Mulierem non ultra quinque uno partu edere, tradit Arisf. memorieque fuisse prodium, *Antigonus in mir. nat.* scribit, Alexandria Mulierem quandam quatuor partibus, xx. fetus edidisse, quorum major pars enutrita sit. Eademque in urbe, alia mulier quinque infantes unâ peperit, tres masculos, duas feminas, quos suis iussibus alii iussit Trajanus Imperator. Eademque mulier circumacta exinde anno, tres infantes peperit. *Phlegon. de Mirab. & longevis.*

Annis supremis Augusti, Fausta quædam è plebe, Oltiæ duos mares, totidem feminas enixa, famamque consecuta est, portenti haud dubiè. Repertur & in Peloponneso Mulier quinos quater enixa, majoremque partem ex omni ejus vixisse partu. Er in Ægypto septenos uno utero simul genuit, auctor est Trogus, ubi læsiter potu est Nilus. *Plinius lib. 7. cap. 2.*